

## Aduertencias para

¶ Camillus Caietanus Dei & Apostoli,  
cę Sedis gratia Patriarcha Alexandrinus, &  
S. D. N. Clementis diuina prouidentia Pape  
octani, eiusdemque Sedis in Hispaniarū Reg  
nis cū potestate Legati delatere Nuntius v-  
niuersis & singulis Ordinariis locorum, eo-  
rumque officialibus generalibus, seu forane  
is, nec non Parochialium Ecclesiarum Recto-  
ribus, seu Vicariis perpetuis eorum loca te-  
nentibus infra limites & terminos Prouin-  
cię Conceptionis, Ordinis fratrum Minorū  
S. Francisci constitutis salutem in Domino.  
Noueritis pro parte discreti viri Fratris Bar-  
tholomēi de la Peña Prouincialis dictę pro  
uincię nuper graui querela, & relatu ad au-  
dientiam nostram peruenisse, quod licet fra-  
tres dicti ordinis semel predicatores, & cō  
fessores ab aliquo Episcopo ipsi iuxta quan-  
dam Cōstitutionem perpetuam felicis recor-  
dationis Pij Pape. s. desuper editam, am-  
plius examinari non possint nec debeant, &  
iuxta sua antiqua priuilegia per diuersos Sū  
mos Pontifices concessa defunctorum corpo-  
ra & cadauera quando Ecclesię sepulture tra-  
denda asportantur, si quando ex defunctorū  
dispositione, aut alias vocantur associare ac  
cer